R. G. ADAMS

Questo libro composto di libretti
trentanove ha un gran valore.
Il suo più gran pregio consiste nella
lettera di Cristoforo Colombo in lingua
Spagnola.

Thomas Randolph Adams

The John Carter Brown Library

GIFT OF

Thomas R. Adams

98-106-14

AD ILLVSTRISSIMAM CLARAM CORNELIAM

POEMATA DVO.



VERONAE,
Apud Hieronymum Discipulum.
M D XCVI.

RPJCB

AD ILLVSTRISSIMAM CLARAM CORNELIAM ATHESIS.

NÄIADVM vos pulchra manus, vos humida aquarum
Numina, quæ veſtris noſtros augetis honores,
Has dum perpetuis cumulatis fontibus vndas,
Prompta quidem ſemper mandata capeſcere noſtra,
Et parere mihi, iubeam quæcunque, parata;
Præcipites alìo vndarum conuertite greſſus,
Vel primos celeri ad fontes reuocate recurſu,
Et noſtros priſco latices educite ab alueo.
Illa illa adriacæ gentis generoſa propago
Dotibus ingenij, morum probitate, lepore,
Forma, opibus, fama, factisque ornata ſuorum,
Gnatorum ſobole inſignis, tantique Mariti
Laudibus Illuſtris, CORNELIA nomine CLARA
(Proh dolor) ad patrias nunc regreſſura Penates
Diſceſſum accelerat gaudens, vbi præmia geſtis
Digna ſuis referat, multoque ornetur honore;
Et mea felicem vt ſubito vehat vnda carinam
Mandat, & vt duro mihi pondere terga premantur.
Ergòne conſuetos effundet vena liquores,

Tantorumq; erit ipsa modo mihi causa malorum?
Ergo ministerio tam tristi inseruiet vnda,
Perpetuæ, vt surgant auerso sole tenebræ
Et nigra obducant nostras velamina ripas?
Haud equidem, sed quisque suos contendat ad ortus,
Seque cauernosis terræ penetralibus abdat:
Turgidus aut largos fluuius tam crescat ob imbres,
Et circum resonent ingenti murmure fluctus,
Vt metuat dubio corpus committere dorso
CLARA suum nostro, & tardet pauefacta recessum.
Quid loquor infelix? pectus quæ vana volutat?
Quod cupit, id se posse putat. num semita forsan
Tutior in terris deerit, quæ subtrahat illam
Vndarum imperio, tempestatumq; furori?
Quid faciam infelix, iusta si exardeat ira
Seruitio fraudata meo? si tædet amicam
Decessuram adeò, quid si hinc inimica recedat?
Defendet valida obsequium quæ causa negatum,
Si Pater Adriacus nostris succenseat ausis?
Mens vbi consistit tantis agitata procellis?
Eia age vincat amor, nec amatæ desit amicum
Seruitium Dominæ, concedat nostra voluntas;
Egregiæ fidei feruentis noscat amoris
Signa mei, grauibus dum pareo iussibus istis.
Temperet ergo suos insanos vnda furores,
Et lignum suauis pulsum demulceat aura,
Mollia ne tristes turbent præcordia curæ
Nec gelidum admittat facies formosa timorem,

Sed reditu aſpiciat felici læta parentem
Tellurem. interea mihi ſit medicina doloris,
Quòd tam pulchro humeros ornarit pondere noſtros,
Et ſit Lympharum ſemper vis tanta meorum,
Vt valeant pelagi fluctus ſuperare tumentes
Viſuræ Dominam, & Venetum penetrare receſſus.
Altiſonis Atheſim fundentem talia dictis
Audijt in ripis paſcens armenta Lycoris.

CANZONE.

NE l'horror, ne le tenebre, nel pianto
Riman senza splendore
L'alma città del Vero,
Che di CHIARA ha goduto il lume santo,
E si graue è il dolore,
Che di vederla più lieta non spero,
Sin che con nuouo Impero
A noi non torni quella
Spinta dal Cielo, e da benigna Stella.
Ahime qual crudo nume, o qual destino
La toglie al nostro suolo,
La rende al patrio lido,
Per bear lui co'l suo lume diuino?
O almen per minor duolo,
Poiche tornar douea nel suo bel nido,
Deh perche il tempo infido
Non ha per nostra aita
Piu differito il dì de la partita?
Langue Verona, & i suoi mesti lumi
Ad hor, ad hor volgendo
Par di sua vita incerta,
E che a mirarla piu, piu si consumi;
Et io seco piangendo
Ammiro quel, che merauiglia merta,
Com'io non mi conuerta,

E liquefaccia in onda,
Quasi Aretusa a questa età seconda.
O pur mentre formar flebili accenti
Con interrotte voci
Per vn dolor si graue
M'affanno, & odon molti i miei lamenti,
Non prenda ale veloci
Qual Filomena, & il cantar, ch'ella haue,
E in suon mesto, e soaue
A' genti, à fiere, à foglie,
Non spieghi amaramente le mie doglie.
Ahi Patria gia felice, hor infelice
Quanto di te mi pesa,
Poiche il tuo ben si parte,
Anzi cio che di bello ognuno dice
Sotto la face accesa
Del Pianeta maggior, ch'il di comparte,
Trouarsi in ogni parte.
E quel non è suo figlio
Che non piange il partir di si bel giglio.
Canzon, poich'io non posso,
Va tu con quella Dea,
Che CHIARA con più lumi il mondo bea.

Erfilia Spoluerina.

AD ILLVSTRISSIMAM CLARAM CORNELIAM.

QVEM genuit Venetis Clarum Cornelia mater,
Huic fęcunda parit Clara ſub axe Titos:
Clarus cum Clara celebrantur coniuge coniux,
Coniugium Clarum carmina culta colunt:
Cõcertant celeres Coridones CLARA canẽtes,
Cõcurrunt, Calatho Cinthia, Clyna cado.

In gratiam Io. Dominici Longi, Tabellarij.

98-106-15

~~H595~~
~~N479s~~
~~V.1~~

J595
N479S
V.1